



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Scriptvm Ministrorvm Ecclesiæ In Inclyta Vrbe Argentorato. S. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

TO SCRIP T V M M I N I  
STRORVM ECCLESIAE IN  
INCL YTA VRBE  
Argentorato.

S. D.

**S**CRIP T V M D. PHILIPPI MELANCHTHONIS, CA  
sitioni Preceptoris nostri quod delectus frater & symmista no  
ster D. Johannes Marbachius attulit, vidimus, legimus, & exo  
sculari sumus, bonaq; fide de eo testamur, quisq; sua manu, quod con  
fessum fuisse & veræ doctrinæ de Dei essentia & voluntate, quæ à  
Deo patefacta est, & commendata primis Patribus & Prophetis, po  
ste illustrata voce filij Dei Domini nostri Iesu Christi, crucifixi pro  
nobis & resuscitati, & voce Apostolorum ac Apostolicorum viro  
rum: Ac nequaque recipiendas esse vilas opiniones pugnantes cum  
illa prima Prophética doctrina, & voce filij Dei.

Caspar Hedio Doctor Theologæ docens Eu  
angelium in Ecclesia Dei, in inclyta vrbe Ar  
gentorato, manu propria subscripsit, vt vna sit  
vox multarum Ecclesiarum.

Iohannes Marbachius Theologæ Doctor, &  
Pastor Ecclesiae ad S. Nicolaum Argentorati,  
manu propria subscripsit.

Beatus Geringus, Minister Euangeliij Christi  
veteranus, Pastor Ecclesiae Dei, quæ apud D.  
Thomam Argentorati conuenit, manu pro  
pria subscripsit.

Theobaldus Nigri, Minister in Euangeliō  
Christi Ecclesiae Argentoratensis, agnosco chi  
rographo meo, hanc Confessionem vere Christi  
& Apostolorum doctrinam esse, quæ virtus est  
ad salvandum credentes, præter quam nullam  
aliam esse iudico.

X

Lucius

Lucius Kyberus, ad S. Aureliam Pastor, presentibus testor, huic p̄iæ Confessioni, solida & consummatæ nihil addendum, neq; in ea aliquid desiderari posse, quam & ego libenter confiteor, & Domino pro reuelata sua voluntate, gratias ago.

Iohannes Lenglinus, Pastor Ecclesie Iesu Christi ad S. Guilhelimum Argentorati, proprio manu subscriptis.

Ludouicus Rabus, Ecclesie Christi apud Argentoratum Minister, hanc Confessionem & doctrinam Ecclesie VVitebergensis, & coniunctarum, quæ sine villa dubitatione confessus est Ecclesie Catholice Christi, ex animo amplectitur, manuq; propria subscriptis.

Christophorus Scellius sst.

Chunradus Hubertus, manu mea subscriptis volui.

Leonhardus Fontanus, Minister & Diaconus Ecclesie S. Nicolai Argentinæ, idem quod Fratres & Præceptores testantur, manus propria subscriptione confirmatum volo.